

Divi Thomae Aqvinatis Doctoris Angelici Opera Omnia

Summa diligentia ad exemplar Romanæ Impreßionis restituta

Complectens Tertiam Partem Summæ Theologiæ. Cum Commentariis
Reuerendiss. D. Thomæ de Vio Caietani Cardinalis S. Sixti, Et Opvcvlis
Eivsdem In tres Tomos distinctis

Thomas <von Aquin, Heiliger>

Venetiis, 1593

9. Vtrum sint pueri baptizandi.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-72797](#)

AD SECUNDVM dicendum, quod ecclesia interdit homines baptizare, ut emundentur a peccato, secundum illud Isa. 27. Hic est omnis fructus, ut auferatur peccatum: & ideo quantum est de se, non intendit dare, baptismum nisi habentibus rectam fidem, sine qua non est remissio peccatorum: & pro hoc interrogat accedentes ad baptismum, an credant: si tamen sine recta fide aliquis baptismum suscipiat extra ecclesiam, non percipit illud ad suam salutem. unde August. * dicit, ecclesia paradiſo compara indicat nobis, posse quidem baptisnum eius, homines etiam foris accipere, sed salutem beatitudinis extra eam neminem percipere uel tenere.

AD TERTIVM dicendum, quod etiam non habens rectam fidem circa alios articulos, potest habere rectam fidem circa sacramentum baptismi, & ita non impeditur quin possit habere intentionem suscipiendo sacramentum baptismi: si tamen etiam circa hoc sacramentum non recte sentiat, sufficit ad perceptionem sacramenti generalis intentio, qua intendit suscipere baptismum, sicut Christus instituit, & sicut ecclesia tradidit.

AD QUARTVM dicendum, quod sicut sacramentum baptismi non est conferendum ei, qui non vult ab aliis peccatis recedere, ita etiam nec ei, qui non vult infidelitatem deferere: uterque tamen suscipit sacramentum, si ei non conferatur, licet non ad salutem.

**¶ Super Questionis
secunda etiā
Articulum nonum.**

ARTICVLVS IX. ¶ utrum pueri sint baptizandi.

AD NONVM sic proceditur. Videlicet detur quod pueri non sint baptizandi. In eo enim qui baptizatur, requiritur intentio suscipiendo sacramentum, ut supra dictum est: * huiusmodi autem intentionem non possunt pueri habere, cum non habeant usum liberi arbitrii. ergo videtur quod non possint suscipere sacramentum baptismi.

D

¶ 1 Præt. Baptismus est fidei sacramentum, ut supra dictum est: sed pueri non habent fidem, quæ consistit in credentium voluntate, ut Aug. * dicit super Io. Nec etiam potest dici, quod salvantur in fide parentum, quia quandoque parentes sunt infideles, & sic magis per eorum infidelitatem damnarentur. ergo uidetur, quod pueri non possint baptizari.

¶ 2 Præt.

1. Pet. 3. dicitur, quod homines salvos facit baptisma, non carnis depositio sordium, sed conscientia bonorum interrogatio in Deum: sed pueri neque conscientiam habent bonam vel malam, cum non habeant usum rationis, neque etiam conuenienter ipsi interrogantur, cum non intelligent. non ergo pueri debent baptizari.

SED CONTRA est, qd Dionys. * dicit ultimo cap. eccl. hierarch. Diuini nostri duces, scilicet apo-

A stoli, probauerunt infantes recipi ad baptismum.

R E S P O N S. Dicendum, quod sicut Apostolus dicit Rom. 5. Si unius delicto, mors regnauit per unum, scilicet per Adam, multo magis abundantiam gratiae & donationis & iustitiae accipientes, in uita recognabunt per uerbum Iesum Christum: pueri autem non expiecat Adæ, peccatum originale contrahunt: quod patet ex hoc, quod sunt mortalitati iubieisti, quæ per peccatum primi hominis in omnes pertransiit, ut Apostolus ibidem dicit. unde multo magis pueri possunt per Christum gratiam accipere, ut regnent in uita æternâ: ipse autem dominus dicit Joan. 3. quod nisi quis renatus fuerit ex aqua & Spiritu sancto, non potest introire in regnum Dei. unde necessarium fuit pueros baptizari, ut sicut per Adam damnationem incurserunt nascendo, ita per Christum salutem consequantur renascendo. Fuit etiam conueniens pueros baptizari, ut a pueritia nutriti in his, quæ sunt Christianæ uitæ, firmius in ea perseverent, secundum illud Proverb. 22. Adolescentes iuxta uiam suam, etiam cum senuerit, non recedet ab ea. & hanc rationem assignat Dionys. * ult. cap. eccl. hierar.

**Cap. 9. eccl.
hierarc. non
procul a fin.**

C AD PRIMVM ergo dicendum, quod regeneratio spiritualis, quæ fit per baptismum, est quodammodo similis nativitatib[us] carnali, quantum ad hoc, quod sicut pueri in maternis uteris constituti, non per seipso nutrimentum accipiunt, sed ex nutrimento matris sustentantur, ita etiam pueri nondum habentes usum rationis, quasi in utero matris ecclesia constituti, non per seipso, sed per actum ecclesie salutem suscipiunt. Vnde Augustinus dicit in lib. de peccatorum meritis & remissione. * Mater ecclesia os maternum parvulus præbet, ut latratis mysterijs imbuantur: quia nondum possunt corde proprio credere ad iustitiam, nec ore proprio confiteri ad salutem: si autem propter ea reæ fideles vocantur, quoniam fidem per uerbage stantum quodammodo profitentur, cur etiam non pœnitentes habeantur, cum per eorundem uerba gestantium, diabolo & huic seculo abrenuntiare monstrentur? Et eadem ratione possunt dici intendentes non per actum propriæ intentionis, cum ipsi quandoque contranitantur & plorent: sed per actum eorum a quibus offeruntur.

AD SECUNDVM dicendum, quod sicut August. * Epist. 23. c. 2. scribens Bonifacius dicit, in ecclesia saluatoris parvuli per alios credunt, sicut ex aliis, quæ in baptismi remittuntur peccata traxerunt. Nec impeditur eorum salus, si parentes sint infideles: quia sicut August. dicit, eidem Bonifacius scribens, offeruntur parvuli ad percipiendam spiritualem gratiam,

**In ead. epis.
23. in med.
tom 2.**

non tam ab eis, quorum gestantur manibus, quam ab eis & ab ipsis, si & ipsi boni fideles sunt, quam ab uniuersa societate sanctorum, atq[ue] fidelium. Ab omnibus namq[ue] offerri recte intelliguntur, quibus placet q[uod] offeruntur, & quorum charitate ad cōionem sancti spiritus adiunguntur: infidelitas autem priorum parentum, etiam si eos post baptismum demoniorum sacrificiis imbuere conentur, pueris non nocet: quia ut Aug. * ibidem dicit, puer semel generatus per aliorum voluntatem, deinceps non potest vinculo alienæ iniquitatis obstringi, ubi nulla sua voluntate consentit, s[ed] illud Ezech. 18. Sicut anima patris mea est, ita & anima filii. anima quæ peccauerit, ipsa morietur: sed ideo ex Adam traxit, quod sacramenti illius gratia solueretur, quia nondum erat anima separatim uiuens. Fides autem

Tertia Thomæ. EE 3 unus,

QVAEST. LXVIII.

vnius, immo totius ecclesiae paruolo prodest per operationem Spiritus sancti, qui vnit ecclesiam, & bona unius alteri communicat.

AD TERTIVM dicendum, q̄ sicut puer cum baptizatur non per seipsum, sed per alios credit, ita nō per seipsum, sed per alios interrogatur, & interrogati constentur fidem ecclesiae in persona pueri, qui huic fidei aggregatur per fidei sacramentum. Conscientiam autem bonam consequitur puer etiam in seipso: non quidem actu, sed habitu per gratiam iustificantem.

ARTICVLVS X.

T Super Quaestio-

C Articulum 10.

In art. 10. in corpo-

Re articuli aduerte

Auctorem sententiam

S 2. Q. 10. art.
22. Et quel.

S 2. artic. 7. Et

Q uod. 2. art. 7.

Et 2. art. 7.

Auctor.

mo supponere filios infidelium fore vere baptizatos, si in iuris parentibus baptizantur. Hoc nō supponit ratio dicens esse

periculum taliter filios infidelium baptizare: quia de facilis ad infidelitatem redire propter naturale affectu a parentes,

Nec opus esse arbitror, dif-utare hic cū Dur, & Petro de Pal, quoniam ex supradictis in art. 7. fati apparet irra ionabilem est fe opinionem, dicentiam voluntatem extinsecum re quir ex parte baptizati infinitis de necessitate sacramenti.

In codem aduerte, Auctorem non facere differentiam quo ad propositum, inter filios iudeorum vel aliorum infidelium: difficultas tamen ippecialis de iudeis ratione, non est omisita, sed in respectu ad secundum soluta est.

Vbi icto pp molestiam instantium, & obviciuntur quia filii seruorum possunt ab eis auferri, & abla-

**difft. 45. c. de
iudaeis. Ex
C. T. Teler.
4. c. 35.**

ti possunt baptizari, ut restatur ecclesiae confuse udo de filiis ethiopum, qui Christiani videntur, ergo fine ablitione medie a possent etiam servorum infidelium filii in iuris parentibus baptizari: ipsa namque ablacio non est medium necessarium ad licium baptismum.

Scito inquam distinguere inter id, quod fit per se, & quod fit per accidentem: nam per se loquendo, quancunq; dominus possit aucter filium a seruo: non in potest ea ratione aucter ut baptizet illum: quia baptizatus & ablacio

Vtrum pueri indeorum vel aliorum infidelium sint iuris parentibus baptizandi.

AD DECIMVM sic proceditur, **V**trum pueri iudeorum, vel aliorum infidelium sint baptizandi, etiam in iuris parentibus. Magis nō debet homini subueniri contra periculum mortis aeternae, quam contra periculum mortis temporalis: sed in pueri in periculo mortis temporalis existenti est subueniendam, etiam si parentes per malitiam contrariebantur. ergo multo magis est subueniendum pueris infidelium filii, per baptismum contra periculum mortis aeternae etiam in iuris parentibus.

T 2 Præt. Filii seruorum sunt serui, in potestate dominorum: sed iudei sunt serui regum & principum, & quicumque: etiam aliis infideles. ergo absq; omni in iuria possunt principes filios iudeorum, vel aliorum seruorum infidelium facere baptizari.

T 3 Præt. Quilibet homo est magis Dei, a quo habet animam, q̄ patris carnalis, a quo habet corpus. nō est ergo iniustum, si pueri infidelium filii parentibus carnibus auferantur, & Deo per baptismum consercentur.

SED CONTRA est, qd in Decr. * difft. 45. ex concilio Toletoano sic dicitur de iudeis, praceptum sancta synodus nemini deinceps ad credendum vim inferre: non enim tales in iuri saluandi sunt, sed uolentes, vt integra sit forma iustitiae.

RESPON. Dicendum, quod pueri infidelium filii, aut habent iusrationis, aut non habent: si autem habent, iam quantum ad ea, qua sunt iuris diuini vel naturalis, incipiunt suæ potestatis esse: & ideo propria voluntate in iuris parentibus possunt baptismum suscipere, sicut & matrimoniū contrahere: & ideo tales liceat moneri possunt & induci ad suscipiendum baptismum: si uero nondum habent

ARTIC. X. ET XI.

F ius liberis arbitrii, secundum ius naturale sunt sub cura parentum, quandiu ipsi sibi prouidere non possunt, vnde etiam: & de pueris antiquorū dicitur, quod saluabantur in fide parentum: & ideo contra iustitiam naturalem esset, si rales pueri in iuris parentibus baptizarentur: sicut etiam si aliquis habens iusrationis baptismetur in iuris, esset etiam periculosum taliter filios infidelium baptizare: quia de facilis ad infidelitatem redire, propter naturalem affectionem ad parentes. & ideo non haber hoc ecclesie consuetudo, quod filii infidelium in iuris parentibus baptizentur.

AD PRIMVM ergo dicendum, quod a morte corporali non est aliquis eripendus contra ordinem iuris ciuilis, puta si alius a suo iudice condemnetur ad mortem, nullus debet eum violenter a morte eripere, vnde nec aliquis debet irrumper ordinem iuris naturae, quo filius est sub cura patris, ut eum liberet a periculo mortis aeternae,

AD SECUNDVM dicendum, quod iudei sunt servi principum seruitute ciuilis, que non excludit ordinem iuris naturae vel diuinum.

AD TERTIVM dicendum, quod homo ordinatur ad Deum per rationem, per quam Deum cognoscere potest: unde puer antequam iusrationis habeat, naturali ordine ordinatur in Deum per rationem parentum, quorum cura naturaliter subiacet, & secundum corum dispositionem sunt circa ipsum diuina agenda.

ARTICVLVS XI.

Vtrum pueri in maternis uteris positi, sint baptizandi.

AD Vnde CIVIUM sic proceditur. Videtur quod pueri in maternis uteris existentes possint baptizari. Efficacius enim est donum Christi ad salutem, quam peccatum Adæ ad damnationem, vt Apost. dicit Rom. 5. pueri in maternis uteris damnantur propter peccatum Adæ, ergo multo magis latuari possunt per donum Christi: quod quidem fit per baptismum, ergo pueri in maternis uteris existentes possunt baptizari.

T 2 Præt. Puer in utero matris existens, aliquid matris esse uidetur: sed baptizata matre, baptizatur quicquid est eius intra ipsam existens, ergo videtur quod baptizata matre, baptizetur puer in utero eius existens.

T 3 Præt. Mors aeterna peior est, quam mors corporalis: sed de duobus malis minus malum est eligendum. si ergo puer in utero matris existens baptizari non potest, melius est quod mater aperiatur, & puer ut educitus baptizetur, quam quod puer aeternaliter damnaretur absque baptismō decedens.

T 4 Præt. Contingit quoniam aliquia pars pueri prius egreditur: sicut legitur Gen. 38. p pariente Thamar, in ipsa effusione infantium, unus protulit ma-

fum diversorum iurium: qm baptismus

iuris est clivis: ac per hoc ad patris ius spe-

cialis: ablacio uero ci-

uila est iuris, ac per hoc ad dominum ius

spectat, t p. proprie-

salium est, p. licet ablatum filium a ser-

uo, baptizare in iuris parentibus: ablacio

enim ciuilis non tol-

lit ius paternum erga

diuinam. Nec ecclesie

confutetur, habet ut

baptizentur infantes

autopum preuentis;

fed illos tantum pue-

ros, qui a parentibus

desertifici habent ba-

pitzat, p. supponens

huiusmodi pueros ue-

nales, campana sine

parentibus essent. Et

rationabiliter quidem:

qm chaos magnum

experim interposi-

tum, ita ut nulli um-

quam compareret

parientes pro filiis: nec

filii postmodum re-

uersi sunt ad parentes;

sed querunt totaliter

Christiani, & sic

perseverant.

Multa hic omitti-

mus circa praecitum

articuli materia: qm

in aliis Comentariis

me minimus nos scri-

psile diffule,